

cere aut captivitate existentium, vel aliqua corporis infirmitate seu alio quocumque impedimento detentorum.

60. *Dispensare super communione cum pueris qui nondum ad primam communionem admissi fuerint. Non est necessarium ut aliud opus loco communionis injungatur his pueris.*

II. QUID NON POSSINT CONFESSARII.

10. Non possunt dispensare super quacumque alia irregularitate, vel defectu, vel incapacitate, præter illam de qua supra in 40.

20. Non possunt absolvere complicem in turpi.

30. Non possunt absolvere eum qui complicem in turpi absolvit.

40. Non possunt absolvere eum qui calomniose accusavit sacerdotem de sollicitatione in confessione.

50. Non possunt absolvere pœnitentes quos novērunt fuisse sollicitatos in confessione et qui renuerint denunciare, juxta bullam Benedicti XIV "*Sacramentum pœnitentiæ.*"

60. Non possunt absolvere eos qui a Summo Pontifice et Apostolica Sede, vel ab aliquo Prælato, seu judice ecclesiastico nominatim excommunicati, suspensi, interdicti, seu alias in sententias et censuras incidisse declarati, vel publice denunciati fuerint, nisi intra tempus jubilei satisfecerint, et cum partibus, ubi opus fuerit, concordaverint. Si tamen intra præfinitum tempus, judicio confessarii, satisfacere non